UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

4. In festo Phil. & Iacobi Apost. Io. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

ſum, obſeruareq́ue humilia verba exeiu
ore egreſſura, ipſam verò poſt ſermonem
angeli poſitis humi genibus manibus ver
oculisq́ue in cœlum ſublatis humiliter
cum lacrymis reſpõdiſſe. *Ecce ancilla Do-
mini &c.* vt diſcas quamprimum ad diui-
num ſeruitium vocaris, & re ſedulo diſcu
ſa, aduertis vocationem eſſe à Deo non di
cunctari. 5. conſidera, B. Virgo paucis his
verbis magnas virtutes nobis imitanda
expreſſiſſe primo obedientiam promptam
in re ardua, dum ait *Ecce.* 2. humilitatem,
dum ſciens ſe electam in Dei matrem, vo-
cat *ancillam.* 3. charitatem ardentem & ze-
lum pro ſalute aliorum, dum ait, *fiat mihi*
4. fidem cum ait *ſecundum verbum tuum,*
firmiſſimè enim credebat, promiſſum an-
geli complendum. Et vere prolatis his ver-
nis ilico concepit in vtero Deum & homi-
nem.

IN FESTO SS. PHILIPPI IACOBI MINORIS Apoſtolorum.

Ioann. 14.

IESVS *dixit diſcipulis. Non turbetur cor
veſtrum. Creditis in Deum, & in me cre-
dite.* Conſidera, hominem in fide vera, &
culcu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cultu pietatis conſtantem nullam habere
cauſam triſtitiæ vel perturbationis. *Hæc* 1. Io. 5.
enim eſt victoria, quæ vincit mundum. fides
noſtra. ait B. Ioannes. Et ideo B. Philippi,
& S. Iacobi, alorumque Apoſtolorum in
ſummis tribulatinibus, adeó nõ ſunt ani-
mi turbati, vt etiam gauderent, quod illis
digni facti eſſent. Imó S. Iacobus ex pin-
naculo templi deiectus pro ſuis interfecto-
ribus orabat.

In domo Patris mei manſiones multæ ſunt 2.
Si quo minus dixiſſem vobis. Vado parare vo-
bis locum. Conſidera Chriſtum his ver-
bis Apoſtolos, & nos animare ad multa
pro ipſo perferenda, q. d. Eſtote bono ani-
mo, nihil fruſtra pro me patiemini, ſi-
quidem tam varia in cœlo parabo vobis
præmia, quam fuerint veſtra merita, quia
ibi quiſque recipiet ſecundum ſua opera.
Vnde teſte B. Paulo, Sicut Sol claritate à 1. Cor.
Luna & aliis ſtellis differt, ſic & ſancti dif- 15.
ferent inter ſe. 2. Cõſidera ſi velis ad locum
beatitudinis ante conſtitutionem mundi
imo ab æterno tibi, aliiſque electis pa-
ratum venire, neceſſe eſſe, vt illum cum
Chriſto tibi præpares. Chriſtus eum præ-
parauit ſua paſſione, aſcenſione & miſſio-
ne Spiritus Sancti, tu vero ſimilirer bonis

operibus &paſſione *Chriſtus enim paſſus*
1.Pet.2 *pro nobis, nobis relinquens exemplum.*

Conſidera virtutes Apoſtolicas Jacob fratris Domini, imitatione dignas? Vinum & ſiceram ab infantia non bibit, carnibus & piſcibus abſtinuit, lintea tantum veſte vſus, non oleo vnctus, non balneo vſus, ita ſæpe in genua procumbens, vt callum obduxerint ad modum cameli, tam ſanctus vt fimbriam veſtis populus conaretur attingere, vt ſolus intraret ſancta ſanctorum nonagenarius pro Chriſto lapidatus, & fullonis fuſte enectus.

3. Maij.

IN FESTO INVENTIONIS S. CRVCIS.

VIDE Meditationem in Euangelium I. Dominicæ S, Trinitatis.

24. Iunij.

IN FESTO S. IOANNIS. BAPTISTÆ.

De S. Ioannis Natiuit. Luc,1.

ELISABETH *impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Vicini autem & cognati congratulabantur ei.* Conſidera nullum ſanctorũ eſſe poſt Chriſtum & B. Virg. in quem æquè oculos cõjicere debeamus, ac in S. Ioannem Baptiſtam, cuius laus nõ

ſolum